



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. X. De Herode Filio Herodis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

annos propter insolentiam devoluto, regnum dividi-
tur in Tetrarchias, *Herodi* juniori fratri, cum Philip-
po, & cum *Lisania*

C A P. X.

De Herode Filio Herodis.

Hic autem *Herodes minor*, brevi interjecto tempo-
re, *Ioannem Baptistam* capite punit, virum valde
bonum, qui præcipiebat *Iudæis* virtuti operam dare,
justitiam inter se custodire, & in Deum servare pie-
tatem, per baptismum in unum convenire, tam ad ab-
luenda peccata, quam ad castimoniam corporis &
animæ servandam.

C A P. XI.

Cur Ioannem baptistam interfecit.

Hunc, inquam, capite punit, pro eo quod objur-
gabatur ab eo de *Herodiade*, quam abstulerat fra-
tri suo *Philippo*, legitima uxore depulsa, & quia vere-
batur propter doctrinam ejus plurimos à suo regno
discedere. Solâ hac igitur suspitione *Herodis*, & ob-
jurgatione, vinctus in castellum *Macheronta* *Ioannes*
abducitur, ibique capite obruncatur.

C A P. XII.

De Domino Salvatore nostro.

Per idem tempus Evangelicam latè seminat præ-
dicationem Dominus *Iesus*, & duodecim ex omni-
bus eligit, quos præferens sectatoribus suis, speciali-
ter *Apostolos* nominat. Post hos LXXII. elegit discipu-
los.